RUDIMENTUM

(2)

Grammaticæ Latinæ

METRICUM,

IN USUM

Scholæ Regiæ Weſtmonaſterienſis.

LONDINI:

Sumptibus W. GINGER, ad Inſignia Collegii *Weſtmonaſterienſis* juxta Scholam Regiam.

MDCCLXX.

10
51
NOV

RUDIMENTUM GRAMMATICÆ METRICUM.

ORTHOEPEIA.

LITERÆ.

LITERA, ſi præeat vocalis, pura vocatur;
Ceu [*reus*]; impura eſt, præeat ſi conſona, ceu [*rus*].
Litera radicalis ineſt ab origine vocis;
Qualiter *As:* flexu ſervilis adhæret; ut *As-ſis.*

SYLLABÆ.

APOSTROPHUS.

Index eliſæ vocalis Apoſtrophus hæret;
Rariùs initio, beneq fini; ut comma ſupernum. *'ſt, men'*

Hyphen.

Voces interjecta duas nota copulat Hyphen. [-]
antè-malorum.

Dialysis.

Dialyſis, punctis in vertice ſcripta duobus,
Vocalem à ſociâ reſolutam ï ſeparat, aut ü. *auraï, süavis.*

ETYMOLOGIA.

Analogia & Anomalia Vocum.

Omnis vox inflexilis eſt vel Analoga, normæ
Conſona; vox vel Anomala, normæ diſſona: porro hæc
Heteroſtoicha eſt, ſi voci ſua litera differt;
Sin genus, aut numerus, caſuſve, Heteroclita dicta eſt.

Vox quoque Contracta eſt, cui bina ligatur in unam
Syllaba; perque Synæreſin id fit, vel Craſin; illa
Servat, & unit vocales; hæc mutat, & unit:
Ut *cuï cui*; *manuïſque manûs*: Linguaſque per omnes
Finis contractus pluſquam incontractus in uſu eſt.
Vox omni in caſu, proque omni, Technica ſervit.
Hominibus eſt Nomen,
Barbara vox nec Græco exit nec fine Latino. *Adam.*

NOMEN.

Genera Nominum.

Sunt quæ, neglecto Proprio, Generale capeſſunt,
Et genus affini ductum de nomine ſumunt,
[1] Fœmineum capit, Urbs aut Inſula, Gemma vel Arbor;
[1] *Narbo pulcherrima.* Mart.

[2] Maſcu-

[a] Maſculeumque genus ſibi, Mons, Fluviuſque cooptat.

[a] *Summus Oeta.* Sen.

REGULÆ CASUUM.

Caſus Singulares.

ACCUSATIVUS.

Flumina in -is, nec -i quarto, nec variantia ſexto:
His quoque plura, ſitis, ravis, vis, tuſſis, amuſſis.

VOCATIVUS.

Propria Vox in -ius deponit -us ordine quinto;
Virgil-ius, -i. Pompe-ius, -i.
Sic vox filius. Una Deus vox, O Deus, effert.

Caſus Plurales.

GENITIVUS.

In Monoſyllabon-ûm, -arum, -orum diſſyllaba migrant.
Cælicolûm, Deûm.
Impurum -x vel -s, ſic pariſyllabon -es, -is,
Flectit -ium; ut merx, mons, nubes, piſcis; ſimul, as, bes,
Vas vadis, os, glis, lis, vis, cor, nix, nox, caro, mus, plus.
Tres hi fines -ebs, -eps, -ops, -um flectere malunt.
Cælebs, Princeps, Cyclops.
Hæc quoque; hyems, vates, juvenis, paniſque, caniſque.

DATIVUS & ABLATIVUS.

Quædam in -ubus Quartæ, propter diſcrimina vocum.
Arcus, artus, partus, &c. -ubus; quia arx, ars, pars, -ibus.
Sic quercus, lacus, veru, &c. -ubus.

Genera & Declinationes Græco-latinorum.

Maſcula in -as aut -es, ſed in -e muliebria, Primæ;
Maſcula item quamplurima in -es, per -a verſa Latinis.
Planetes, -eta.

Omnia in -eus ſunt maſcula, in -on ſunt neutra Secundæ.
Theſeus, Ilion.

Maſcula in -an, -en, -in, -on, -es, -ûs; paucula in -as -is,
Tertiæ; in -o formæ muliebria ſingula Quartæ.
Titan ſplen, delphin, Memnon, Chremes, Peſſinûs; adamas, Simois; Sappho.

N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.
1. Sing. *Satrapas,*	*-æ,*	*-æ,*	*-am,*	*-a,*	*-â.*
Cometes,	*-æ,*	*-æ,*	*-em,*	*-e, -a,*	*-e, -â.*
Epitome,	*-es,*	*-e,*	*-en,*	*-e,*	*-e.*
Plural *-æ,*	*-arum,*	*-is,*	*-as,*	*-æ,*	*-is.*
2. Sing. *Orpheus,*	*-ei, -eos,*	*-eo, -ei,*	*-eum, -ea,*	*-eu,*	*-eo.*
Androgeos,	*-o,*	*-o,*	*-on,*	*-os,*	*-o.*
3. *Phillis,*	*idis, -idos,*	*-idi,*	*-idem, -ida,*	*-i,*	*-ide.*
4. *Sappho.*	*ûs.*	*-o,*	*-o,*	*-o,*	*-o.*

ADJECTIVA.

Nomen in -er deponit -e; ut *aper* flectitur *atra:*
Deme miſer, proſper, tener, aſper, adulter, & alter,
Et liber, lacer; & quæ in -fer compoſita, vel in -ger.
opifer. *belliger.*

HETEROGENIA,
ID EST,
VARIATIO vel Generis, vel Genitivi.

VARIATIO GENERIS.

1°. MASCULINA alienæ terminationis.

Maſcula, Neutro fine; lien, cum pectine, ren; ſol;
Furfur, item turtur, vultur; ſalar; & lepus, & mus.
Maſcula, Fœmineo; dens, fons, mons, pons: Tudes,
Ceſpes, item fomes, gurges, cum limite, merges, (ames,
Pes, paries, palmes, poples, cum ſtipite, termes,
Trames: meridies, formæ vox unica quintæ.
Callis, caulis, collis, follis, menſis, & enſis,
Faſcis, fuſtis, piſcis, poſtis, ſentis, & unguis,
Et torris, vectis, vermis, ſimul orbis, & axis:
Et vox in -nis, ut ignis; item ſanguis, lapis, & glis.
Vomiſque & vomer, mugilque & mugilis; atque
As cum compoſitis in -is omnibus; ut centuſſis.
Sic pars aſſis in -ans, vel in -ens, vel in -unx; itidem bes.

As valet uncias 12, *ſextans* 2, *quadrans* 3, *triens* 4, *quincunx* 5, *ſemiſſis* 6, *ſeptunx* 7, *bes* 8, *dodrans* 9, *decunx vel dextans* 10, *deunx* 11.

Adde frutex, caudex, codex, cimexque, latexque,
Grex, murex, pollex, pulex, ſorexque, culexque,
Ramex, & vertex, & apex, formixque, calixque.
His plura inveniet Tyro, ſed rariùs, uſu.

2°. FOEMININA.

Vannus, humus, facit i; tribus -ûs: ſic porticus, Idus,
Sic acus, & manus: unica ſed domus, -i facit aut -ûs.
Additur his caro: quæque à talis, talio, nata eſt.
Arbor; cos, dos; cum tellure, ſalus, palus, incus;
Servi-que-tus, virtuſque, juventus, atque ſenectus.

3°. Neutralia.

Suber, acer, ſiler, uber, iter, ver; junge cadaver,
Tuber, item cicer, & piper, & ſiſer, atque papaver;
Æquor, marmor, cor; æs; vas-is; & os-ſis, & os-ris.
Omne etiam nomen caſu invariabile; ceu fas.

4°. Communia.

Omnibus his Commune genus: plerumq; ſed Hæc ſunt
Maſcula; adeps, finis, torquis, pulvis, cinis, anguis,
Vepres, linter, margo, rudens, ſcrobs, pampinus, obex,
Index, calx, cortex: Hæc fœminea; ut colus, alvus,
Grando, ſilex, corbis, rubus, & lux, carbaſus, imbrex:
Plura, utriuſque notæ, genera in diverſa feruntur.

Sunt, quæ deficiunt, generum Adjectiva duorum;
Qualia in -es ſunt; ut locuples: neutralia rarò.
Fœmineum in -trix Plurali ſolo ordine neutrum eſt.

Variatio Genitivi in tertiâ Declinatione.

Tertia dat varios Genitivi inflexio fines.
-Is Recti manet: -es vel -e ſic pariſyllabon -is fit.
Vox capit -is, quam -c, -l, -n, -r, litera claudit:
Impurum -s, -tis; glans, -dis: frons, lenſque, -tis & -dis.

Purum-s, non pauca ſolent inflectere, per -tis;
Qualia in -as, pietas: lis; cos, dos; nomen & in -pos;
Ceu compos: & in -es; abies, arieſque, quieſque,
Interpres, paries, ſeges, & teges; adde ſaluſque;
Servi-que-tus, virtuſque, juventus, atque ſenectus.

Præpes, hebes, locuples, teres, & veges, Adjectiva;
Græcum in -a-tis capit; ut problema-tis: adjice, lac-tis.

Pes, merces, hæres; caſſis, cuſpis, lapis, in -dis;
Præs itidem; cuſtos; fraus, laus; incuſque, paluſque.

Multa ſed -es per -itis variant; velut ales, & ames,
Ceſpes, cocles, eques, fomes, cum gurgite, limes,

Et

Et merges, miles, palmes, popleſque, pedeſque,
Et ſtipes, termes, trames, tudes, atque ſatelles,
Veles: Item comes, hoſpes, dives, ſoſpes: & in -ſtes
A ſto: -ſes, -ſidis à ſedeo: ſic -cors, utì cor, -dis.
S poſt b, m, p, capit i, ceu trabs trabis, & ſtirps
Stirpis, hyems hyemis: poſt c, g, clauſum & in -x, quod
Monſtrat Primitivum [à duco,] ut dux ducis, & rex
[A rego] regis; at -x crebro in -cis verſa, velut pix:
Rariùs in -gis, lex, rex, grex, cum remige, conjux.
-Ebs, ſimul -eps, ferè & -ex, ſi vox monoſyllaba non ſit,
E facit i; cœlebs, princeps, ut & auſpicis, auſpex.
Excipe ſed vervex vervecis; & aucupis, auceps.
Orta ſed à capite, ut præceps, -cipitis dare malunt:
Nomen in -ut ſibi format -itis; cum ſimplice complex.
-S per -ris variant flos, mos, os, ros; Ceres, æs, glis;
Mas, tellus, mus; & monoſyllaba neutra in -us; ut rus.
Flectitur -us per -oris neutris; corpuſque, decuſque,
Fœnus, item facinus, frigus, littuſque, nemuſque,
Et pignus, pectus, pecus, & cum ſtercore, tempus.
Robur, ebur, femur: Una lepus vox maſcula tantùm.
Sic omne Adjectivum in -or, -us, quod comparat, -oris.
Non pauca inflectunt -us, -eris; ceu fœdus, acuſque,
Funus, onus, genus, & munus, pondus, latus, uleus,
Rudus, olus, cum ſidere, opus, cum viſcere, vellus,
Et vulnus, ſcelus: adde Venus; pulviſque, ciniſque.
Verte -ter in -tris; ut accipiter: -ber & in -bris; ut imber.
Græca duo, mater, pater, in -tris; cætera in -eris.
Accipit -o, -nis, bubo; at poſt d, g, fit -inis; ceu
Ordo, margo: Sic homo, turbo, & Apollo; -men & -cen,
Lumen, tibicen; gluten, cum pectine, pollen,
Et ſanguis; caro carnis; & as, os, s geminat; grus,
Sus s perdit; & his, far, fel, mel, conſona dupla eſt.
Affis, offis; gruis, ſuis; farris, fellis, mellis.

Hæc

Hæc quoq; quinque, ſenex, nox, nix, & Jupiter, & bos,
Flecte ſenis, noctis, nivis & Jovis, & bovis: Addas
His iter itineris, veluti de nomine * priſco. * *Itiner* Plaut.

HETEROCLISIS;

Variatio Accidentium in Nominibus.

VOX Heteroclita triplex eſt: Vox Fine Redundans; Deficiens Caſu aut Numero; Varians ſibi Flexum.

REDUNDANTIA,

1°. In Nominativo.

Multiplices recti fines opulentia linguæ
Parturit; ut lanio, lanius; ſic veſpera, veſper;
Segnitia, -es; honor, -os; rubor, -edo; ſenecta, ſenectus.
Græca ſibi fines geminant mutata Latinis;
Delphin, delphinus; caſſis ſic caſſida gignit.
Subſtantiva ſuis geminant finem Adjectivis;
Qualia in -is vel in -us, duo de ſe nata, bacillum,
Arma, animus, nervus, frænumque, jugumque dederunt.
effrænis & effrænus, inermis & inermus, &c.

2°. In Obliquis.

Nomina ſunt etiam obliquos geminantia caſus:
Laurus in -i, rarò -ûs; ſic pinus flexa Maroni:
Quercus in -ûs, rarò -i. Colus -i; ſed Tullius -u dat.
Jecinoris, jecoriſque, jecur. Propria edita Græcis;
Singula queis formam generalem exempla miniſtrant:
Atrides -is & -æ; Æneas aut -am facit aut -an.

Vultque

Vultque Chremes -is & -etis, quinto Comicus -es -e.
Phyllis flectit -des & -das: Dido -onis & -ûs dat;
Ultima forma placet Græcis, ſed prima Latinis.
Feſta etiam in -lia flecte -lium, quandoque -liorum.
-Abus & -is anima, & Dea, filia, nata, equa, mula:
Flecte -matis -matibus. Neutrum polyſyllabon in -ma.
Vox Deus -ii vel -eï, -iis vel -eïs Pluraliter effert.

DEFICIENTIA.

1°. Casu.

Aptota.

Aptoton Caſus manet uno fine per omnes;
Pondo, opus, & nequam: vox barbara, technica ceu vox:
Tot, quot; & à tribus ad centum Numeralia cuncta.

Monoptota.

Contentum caſu Monoptoton flectitur uno;
Ut nauci; inficias eo, ad inci-que-tas redigo; ſic
Ingratiis, exſpes: duo Græca, ergoque, diciſque.
Macte ſimul primo numero, mactique ſecundo.
Multa per -u, vel -ui, dat Declinatio quarta.
permiſſu, deſpicatui, &c.

Diptota.

Nomina ſunt Diptota duos referentia caſus;
Ut tabi, tabo; ſpontis, ſponte; impetis & vult
Impete; jugeris & ſibi jugere, verberis & vult
Verbere: ſed numero hæc duo ſunt perfecta ſecundo.
Suppetiæ, & nihil, & dica, vult quartum addere recto.
Et verbalia in -um, -u, quæ vulgo dicta Supina.

Triptota.

Tres caſus Triptota ferunt: Hæc fine ſub uno;
Fas, ador, & volupe, inſtar, cæpe, neceſſe, neceſſum.

Grates,

Grates, & cete, & Tempe; Pluralia tantùm.
Bis dic tantundem, tantidem flecte ſecundo;
Quid repetes quarto, quî debes flectere ſexto.

Tetraptota.

Hæc recto & quinto Tetraptota carentia caſu:
Nempe dapis, ditionis, opis, frugiſque, preciſque,
Et pecudis, ſordis, vicis; ordine ſana ſecundo.
Vox & in -u dandi caſu orba eſt; ſola Poetis
Flexa & in -ûs; ſed, deme gelu, pluralis in uſu eſt.
Mille, ſecundo & tertio eget; per cætera ſanum.
Vox ſuî eget recto & quinto, numero una in utroque.
Plus primos nec vult ſextum nec habere dativum.

Pentaptota.

Traduntur quinto defecta vocabula caſu:
Quod negat, ut nullus; quod percontatur, ut ecquis;
Infinitum, aliquis; ſignum generalius, omnis:
Pronomen; meus, & noſtras, & noſter omiſſis.
At contrà veterum autorum proba lectio ſuadet.

2°. Numero.

SINGULARIA.

Propria vix numerum tranſcendunt nomina primum.
Signa individuæ naturæ; ut Apollo, Diana.
Nomen item vitii Polyſyllabon, aut virtutis:
Sic ferè in -as, -ia; ut improbitas, prudentia: in -eſque
Flexuræ quintæ; ut rabies; ſed reſque, dieſque,
Integra nomina ſunt: ſimiles nec paucula caſus
Tres flectunt numero, ut facies, acieſque, ſecundo.
Humanæ ætatis quoque ſigna; juventa, ſenectus:
Aut quot in -um ſunt ſigna metalli, qualiter aurum;
Aut fructus nati è terrâ, ut cicer; aut liquor, ut lac.

PLU-

PLURALIA.

Feſta Deûm, numero tantùm contenta ſecundo;
Ut Floralia: ſic etiam Loca multa; ut Athenæ.
Singula ſed numero quæ manca leguntur utrovis,
Nomina Catalogi exhibeant collecta ſequentes.

SINGULARIA.

Aer.	Fel.	Lethum.	Pix-ces.	Solum,-a.
Æs,-ra.	Fimus.	Limus.	Plebs.	Tabes.
Æther.	Fœnum.	Lues.	Pontus.	Talio,-um,-es.
Ævum,-is.	Forum,-a-is.	Lutum.(-cibus.	Proles.	Tellus.
Alvus,-os.	Fuga,-æ,-as.	Lux,-ces,	Proſapia,-as.	Thus-ra.
Barathrum.	Gloria, æ,-as.	Mare,-ia.	Pubes.	Tuffis.
Bilis-es.	Gluten.	Mel,-la.	Pus.	Venia.
Callum.	Hilum.	Meridies.	Quies.	Ver.
Cœnum.	Hordeum,-a.	Metos,-us.	Rus-ra.	Veſper.
Culpa,-as.	Humus.	Murmur,-a.	Salum.	Vinum,-a.
Cutis,-es.	Hyems,-es.	Muſcus.	Salus.	Viſcum.
Ebur,-a.	Indoles.	Muſtum,-a.	Sanguis.	Vitrum.
Electrum,-a.	Jubar.	Nihilum.	Sitis.	
Fama,-as.	Jus,-ra.	Pallor.	Situs,-us.	
Fames.	Juſtitium.	Pax,-ces.	Soboles.	
Far,-ra.	Labes, -es.	Pituita,-as.	Solium.	

PLURALIA.

Acta.	*Cœlites,-e.	Idus.	Munia.	Reliquiæ.
Adverſaria,	Compedes,-e.	Ilia. (-em.	Nonæ.	Scapulæ.
Ambages,-e.	Compita.	*Indigetes,	Nugæ.	Scopæ.
*Annales,-i.	Crepundia.	Induciæ.	Nuptiæ.	Scruta.
*Antes.	Cunabula.	Inferiæ.	Officiæ. (-em.	Tenebræ.
Antiæ.	Cunæ.	Inſidiæ.	*Optimates.	Teſqua.
Apinæ.	Cupediæ.	Lactes,	Palpebræ.	Thermæ.
Argutiæ.	Divitiæ.	*Lemures.	Palearia,-ar.	Tonſillæ.
Arma.	Excubiæ.	Liberi.	*Penates.	Tricæ.
Aromata.	Exequiæ.	Licia.	Phaleræ.	*Triones.
Artus.	Exta.	Luſtra.	Plagæ.	Valvæ.
Bellaria.	Exuviæ.	Magalia.	Præcordia.	Vergiliæ.
Blanditiæ.	Facetiæ.	*Manes,-ium.	Præſtigiæ.	Vindiciæ.
Calendæ.	Faſti.	Manubiæ.	Primitiæ.	Utres,-em,-e.
Cancelli.	Fauces,-e.	Mapalia.	*Primores,-em,-i.	
*Caſſes,-e.	Feriæ.	Mariſcæ.	*Proceres,-em.	
Caſtra.	Fori.	Minæ.	*Pugillares.	
Clitellæ.	Gerræ.	Mœnia.	Quiſquiliæ.	

Hæc [*] *Nota Maſculina.*

VARI-

VARIANTIA.

1°. FLEXUM.

Sunt, quæ duntaxat variant, Heteroclita, flexum.
Gaudent -i vel -e pro libitu variare Poetæ;
Sicut in his, clavis, navis, febriſque, cutiſque:
Sic etiam * occipiti cæco, ſic de † mare pleno.
Pauper, dives, ſoſpes -e vult, memor -i, dare ſexto;
His pluralis in -um Genitivus; & Adjectiva
Lectio plura dat, à quibus i perit; ut ſapientum.
Iſta boum, bobus; medium u quod ſervit, omittunt.
Vis vires parit; & vix primo inventa Dativo eſt.

2°. GENUS.

Paucula cum numero variant genus; altera duplant.
Communis primo, vox Maſcula ſola ſecundo
Nota Dies Numero. Sal Maſcula dicitur; Halec
Fœminea; & fruitur Numero vox utraque utroque
Integra: ſed pro condimento Neutra, triptota eſt.
Hæc Pelagus, virus, vulgus, numero integra primo,
Maſcula: Neutra, triptota; & manca utrobique ſecundo.
Carbaſus ut dat carbaſa, ſic urbs Pergamus, & mons
Taygetus; plura & Græcæ loca anomala gentis.
Poſtulat -i Cœlum, ſi vox ſit plurima. Raſtrum,
Frænum, ſibilus, & jocus, & locus, -i vel -a præbent.
Neutra hæc nundinum, & hinc epulum, inde & balneum,
& illinc
Delicium, poſcunt -æ: Vox ſed balnea, in uſu eſt.

* *Perſ.* † *Ovid.*

Uſa triplo genere & penus, & ſpecus; utraque manca eſt.

Bis fit Anomala in -ectilis, -ectilia, una ſupellex;
Vox domus eſt formæ quartæ, pariterque ſecundæ.

	NV.	G.	D.	AC.	AB.
S.	*dom-us,*	*-i-ûs,*	*-ui,*	*-um,*	*-o-u.*

	NV.	G.	D.AB.	AC,
P.	*-us,*	*-orum-uum,*	*-ibus,*	*-os -us.*

HETEROLOGA quæ variant

1°. Significationem.

Eſt vox, cum Numero mutat quæ, ceu nova, Senſum;
Ut roſtrum, fortuna, facultas, mos, opis, ædes,

2°. Genus & Significationem.

Nomen idem mutare genus, mutabile ſenſu,
Sæpe ſolet; ceu calx, vas, ſtirps, acus, unio, ficus.

HETEROSTOICHA.

Simplex Compoſito vocalem in Nomine mutat:
Ars, ut inertia; ſic caput, occiput; his lege plura.

VERBUM.

VERBUM.

VERBA in -io occurrunt tribracha incontracta bis octo,
Hæc capio, cupio, facio, fodio, fugioque,
Et jacio, quatio, rapio, ſapio, parioque;
Atque orior, morior, gradior, patior; duo priſca,
Tantùm in compoſitis, lacio, ſpecio; omnia flectunt
Tempus in -am aut -ebam, aut etiam -unt, per i, ut audio, ſalvum.
-As pauca ex -eo, plura ſed ex -io, flectere gaudent.
Beo, creo, ſcreo; calceo, cuneo, galeo, laqueo, lineo, nauſeo, enucleo. Frio, hio; amplio, aſcio, allevio, brevio, concilio, crucio, furio, initio, lanio, luxurio, nuncio, pio, propitio, radio, repudio, ſatio, ſaucio, ſocio, ſomnio, ſpolio, tripudio, vario, vitio; ferior, inficior, infidior, præmior, ſpatior, ſuavior, &c.

HETEROSTOICHIA,

1°. Verbi Incontracti in Perfecto.

COnſona mutatur; -go, -cto, vel -ho vertitur in -xi:
Junge quibus coquo, dico, duco, ſtruo, fluo, vivo;
Deme lego, -i. Tria, ſpargo, mergo, tergo; ſed octo,
Claudo, lædo, ludo, plaudo, divido, rado,
Rodo, trudo, ſolent -go, vel -do, reddere per -ſi.
Mitto miſi. Uro, gero, cedo, premo geminant s,
-Po fit -pſi: & duo, nubo, ſcribo; & quatuor in -mo,
Como, demo, promo, ſumo, ita flectere malunt.
-Sco, -no, vi faciunt; noſco ut novi, ſino ſivi,
Sperno ſolet ſprevi, ſterno ſibi poſcere ſtravi.

Vocalem

Vocalem -i mutant pauca hæc Perfecta ſupremam.
-I fit -üi poſt L ſimplex ; pariter fremo, pinſo,
Sterto, gemo, ſtrepo, texo, tremo, vomo, -ui ſibi formant.
Pono vult poſui, genui à geno poſcere gigno.
Vult & -ui rapio, ſapio ; & meto meſſui habere.
Hæc -ivi pariunt, accerſo, capeſſo, laceſſo,
Et cupio, peto ; quæro quæſivi, tero trivi.
Conſona ſæpe perit ; Vocalis prima novatur.
Findo, fundo, linquo, ſcindo, vinco, ſuum n ;
Rumpo m perdit. Frango vult reddere fregi ;
Quin & ago, capio, facio, jacio, e parit ex a.
Multa hîc verba duas gaudent geminare priores ;
Curro, poſco, pendo, tendo : fallo fefelli,
Et pario peperi format, pello pepulique,
Datque cano cecini, cecidi cado, cædo cæcîdi ;
Diſco ſibi didici ſumit, tetigi ſibi tango,
Pungo ſimul pupugi format ; fit ſiſto ſtitique.

2°. Verbi Contracti.

Plurima, contractæ formæ, uti ſimplice gaudent ;
Ex -ao contracto, lavo dat lavi, & juvo juvi. (vult ;
At crepo, -ui ; domo, -ui ; frico, -ui ; mico, -ui ; plico, -ui
Sic ſeco, ui ; ſono, ui : tono, -ui ; veto, -uique : Necoque
Non renuit necui, ſed amat formare necavi.
Conſona in his, do, ſto, repetita, dedique, ſtetique eſt.
Ex -eo contracto, fleo dat flevi, & neo nevi.
Fit -veo -vi ; ſedeo, video, cum prandeo, dant -di ;
Pendeo habere pependi, mordeo vultque momordi,
Spondeo habere ſpoſpondi, tondeo vultque totondi.
Conſona ſe mutat ; -geo ut impurum cadit in -ſi.
Augeo, frigeo, luceo, lugeo, flectitur in -xi.
Ardeo, rideo, ſuadeo, amant -deo vertere per -ſi :
Hæreo & hæſi, mulceo mulſi, & torqueo torſi ;
Vult maneo manſi ; jubeo vult flectere juſſi.

Ex -io contracto, venio format ſibi veni.
Impurum -cio fit -ſi, ſed poſt n -cio fit -xi;
Sarcio ceu ſarſi format, ceu vincio vinxi.
Haurio item hauſi; ſentio ſenſi; ſepio ſepſi;
Amicio amicui; ſalio, ſalto, ſalii dat.

HETEROSTOICHIA

Verbi Compositi.

Mutatur vocalis a, quàm multis, in e; carpo
Fallo, etiam ſcando, ſpargo, pario; patro, capto,
Arceo, jacto, ſacro, lactoque & farcio; damno,
Tracto: prædamno deme, & pertracto, retracto.
Partior, & gradior; priſca & duo, cando, fatiſcor.
Juro, dejero, pejero: ſic halo dare anhelo;
Mando -as, commendo; patior dare perpetior vult.
Prima etiam Thematis vocalis ſe per i mutat;
Cædo, lædo, quæro; cado, rapio, cano, tango,
Et ſapio, ſtatuo; atque egeo, lateo, taceoque,
Et teneo; & ſalio: Atque habeo, ſi demitur unum
Poſthabeo: ſed diſpliceo, à placeo additur unum.
Hæc ago, emo, capio, frango, jacio, premo, pango,
Atque rego, ſedeo; priſca & lacio, ſpecioque;
Et fateor; cum præpoſito & facio; omnia primam
Vocalem Thematis, non perfecti, per i mutant.
Adde lego; ſi non præeat per, præ, re, ſub, aut trans.
Aufer ab his compôſta; ſuperſedeo, coemoque;
Circumago, cogo, dego, perago, ſatagoque;
Oppango, circumpango, depango, repango.
Syllabicum abjiciunt pergo, ſurgo, Thematis re-;
Quod tamen in perfecto iterum vox utraque ſumit.
A calco, ſalto, compôſta per u variant a;
Excludunt a ſed ex cauſo, quatio, lavo, claudo:
Facta ex plaudo per o diphthongum reddere malunt:
At relavo, applaudo, retinent ſibi Simplicis uſum.

HETEROSTOICHIA

PERFECTI IN COMPOSITO.

Compoſitâ perit in formâ geminatio Verbi
Simplicis: exceptis, quæ à diſco, poſco, creantur.
A cano compoſitum per -ui ſe, utì concino, flectit:
Sic compeſco in -ui, & diſpeſco, à ſimplice paſco.
A pungo compôſta ſolent adſciſcere -punxi.
A lego ſic intelligo, diligo, negligo, -lexi.
A do flecte -didi, tanquam incontractile Verbum;
Præterquam venun- peſſun- circun-do, ſatis- do:
Abſcondo facit abſcondi; à ſto nata, -ſtitique.

HETEROSTOICHIA

INFINITIVI SIMPLICIS ET COMPOSITI.

Flectitur ex orior modus Infinitus oriri.

HETEROCLISIS VERBI.

1°. VERBA REDUNDANTIA;

IN PRÆSENTI.

VErba eadem, non fine uno, ut ſunt ſtrideo, ſtrido,
Plura unam referunt formam, contraria ſenſu;
Fundo, lego, mando, dico, aut -is conjugat aut -as.

IN PERFECTO,

Plura uno viſa ex verbo Perfecta creari;
A lino, lini, livi, levi; à pango, paciſcor,

Fit pepigi; pro jungo, pegi; pro cano, panxi.
Flecte ſero pono, ſerui; ſero ſemino, ſevi.

Viſum etiam ex verbo Perfectum duplice ſimplex:
Mulceo, mulgeo, mulſi; fulgeo, fulcio, fulſi;
Luceo, lugeo, luxi; pendeo, pendo, pependi;

Non pauca Analogam patiuntur Anomala formam:
Nempe lavo interdum facit -avi; ſancio, -civi:
Contractum potior legitur ſub ſimplice formâ;
Utpote, * Mars *potitur*: * Nos te *poteremur* Achille.
Compoſitum à pario contractum eſt, at -perui vult
Perfecto; ſed com-re-peri, quaſi de peperi dant.

Forma vetus parſi, ſed in uſu eſt parco peperci.

Perfecto Activo Paſſivum affingere mos eſt;
Juro ut juravi, juratus: prandeo prandi,
Pranſus ſum: ſic plura hujus verbalia ſortis:
Præterito ſed utrique eſt ſignificatio diſpar.
Juravi, i. e. *temerè*; *juratus ſum*, i. e. *in judicio*. Cic. *prandi*, *jam nunc*; *pranſus ſum*, *dudum*.

At libuit, libitum à libet; & licuit, licitumque
A licet; & piguit, pigitum; puduit, puditumque;
Tæduit, & pertæſum; uno vox utraque ſenſu.

In Infinitivo.

Dat morior plerumque mori, quandoque moriri.

COMPOSITA REDUNDANTIA;

In Præsenti.

Flexio compoſiti interdum cum fine novatur;
A ſpecio, -ſpicio, & -ſpicor; à plecto, -ector, & -exor.
Conſpic-io-is; *-or-aris*; *amplect-or-eris*; *amplex-or-aris*.

* *Ovid.*

In

In Perfecto.

Compoſitum à plico, quod neque ſub, re, præit, neque nomen,
Flectit -ui, aut -avi; ſic increpo, diſcrepo, flecte.
A ſalio, ſalto, veniunt -ſilii -ſiluique.
Velli & -vulſi, à vello; à necto, -xique, -xuique.
Ex, de, præ-curro dat -curri, datque -cucurri.
Ad, re, ſub, ob, per, in, ex-oleo dat -ui; ſimul -evi;
At parcè per, in, ex, dat -ui; parcè ob, re, ſub, -evi.

2°. VERBA DEFICIENTIA.

Perfectum fugiunt meio, tollo, furo, vergo,
Ambigo, Neutrum ſiſto; renideo, polleo, ſtrideo:
Et ferio. Inceptivum in -ſco; ſic gliſco, fatiſco:
Et Meditativum; niſi parturio, eſurioque.
Sic liquor, medeor, ringor, veſcor, reminiſcor:
Queis putà Part'cipii Perfecti deficit uſus.

Perfecto, Thema quo mutilum eſt, compôſta fruuntur.
Cerno vult -crevi; quatio ſibi vult dare -cuſſi;
Tundo -tudi; vado -vaſi; temno quoque -tempſi.
Sorbeo -ui format; ſimul unum abſorbeo, -ſorpſi.

3°. VERBA VARIANTIA

Perfectum.

Perfectum hæc ſumunt, alienâ ab origine, Neutra:
Mœreo, mœſtus ſum; gaviſus, gaudeo; & auſus,
Audeo; dat fido, fiſus; ſolitus ſoleoque

Paſſivum nec habent, nec Perfectum, unde creentur,
Activum; neque enim fidor, fidive, leguntur.

In Compositis.

Compoſiti à Themate inſueto formatio diſpar;
A -lacio, -lexi, elicio, elicui; à -leo, -levi;
A -ſpecio, -ſpexi; à -cumbo, -cubui; à -pleo, -plevi:
-Cello, -cellui habet; ſolum percello, -culi dat.

FORMATIO

Participii in -tus.

-I Fit -tus; perit u; redit a; geminatio nulla eſt;
Ici ictus; ſcivi ſcitus; tetigi quoque tactus,
G, qu, x prope -tus migrat in c; legi utì lectus.
Linquo, liqui, lictus; tego, texi, tectus.

Perditur u, x ſervilis; radix manet; ut fit
De caveo, cavi, cautus; de texoque textus.
At perit in foveo, moveo, voveo, juvo, radix.

HETEROSTOICHIA

Participii.

Conſona Part'cipii interdum poſtrema novatur.
-Di, -li, -ri, vel -ſi format -fus: quinque duplant s,
Nempe fidi, fodi, miſi, ſedique, ſcidique.
Pulſus à pepuli.

Poſt

Poſt p, -ſi format -tus; ſic fit ab uro, gero, -tus;
Sic indulgeo, torqueo, fulcio, farcio, ſarcio.
Fingo, mingo, pingo, ſtringo rejiciunt n.
Figo fluo -xus; ſic nata ex -cto -xi, omnia dant -xus.
Vocalem interdum penultima Syllaba mutat;
Ex -ui -itus venit, ut domo -itus; ſed Regula princeps
Excludit rapio, occulo, conſulo, texo; fricoque,
Atque ſeco; doceo, teneo; amicio, ſalioque.
Verto vult verſus, paſtus paſco, haurio & hauſtus,
Torreo toſtus habet, colo cultus, emoque dat emptus;
Siſto ſtatus, datus & do, ſepelioque ſepultus.

FORMATIO

Participii Compositi.

Sic ſua compoſitum, ut ſimplex, perfecta reponit;
Inſperſus ſolet inſpergo; ut ſpargo dare ſparſus:
Inficio infeci, ſimul infectus, ſibi format.

HETEROSTOICHIA

Participii Compositi.

Diverſam à propriâ vocalem Simplicis optant
Hæc ab ago, frango, pango, vel tango, creata.
Flecte -didi, -ſevi, -ſtiti, -itus, nata ex do, ſero, ſto:
Noſco, duo pariter per -i, cognitus, agnitus, edit.
Hæc vocalem i, cano, rapio, teneo, per e mutant;
At ſalio -ſultus ſibi vult; adoleſco & adultus:
Eneco & enectus, neco ſed formare necatus.

Heteroclita varii Generis.

Paradigma Generale.

Possum	*potes,*	*potui,*	*posse.*
Volo	*vis,*	*volui,*	*velle.*
Malo	*mavis,*	*malui,*	*malle.*
Nolo	*nonvis,*	*nolui,*	*nolle.*
Fero	*fers,*	*tuli,*	*ferre.*
Fio	*fis,*	*factus sum* vel *fui,*	*fieri.*
Eo	*is,*	*ivi,*	*ire.*

Paradigma Temporum & Modorum.

	Ind.	Imp.	Pot.	Inf.	Part.
Præs.	*Possum,*		*possim,*	*posse,*	*potens.*
	Volo,		*velim,*	*velle,*	*volens.*
	Malo,		*malim,*	*malle,*	*malens.*
	Nolo,	*noli,*	*nolim,*	*nolle,*	*nolens.*
	Fero,	*fer,*	*feram,*	*ferre,*	*ferens.*
	Fio,	*fi,*	*fiam,*	*fieri,*	
	Eo,	*i,*	*eam,*	*ire,*	*iens.*
Impf.	*Poteram,*		*possem.*		
	Volebam,		*vellem.*		
	Malebam,		*mallem.*		
	Nolebam,		*nollem.*		
	Ferebam,		*ferrem.*		
	Fiebam,		*fierem.*		
	Ibam,		*irem.*		
1 Fut.	*Potero.*				
	Volam.				
	Malam.				
	Nolam.				
	Feram.				
	Fiam.				
	Ibo.				

Perf. *Potui, potuerim,* &c.

Paradigma

Paradigma Perſonarum.

Præſ. Indicat.

	Poſſum,	*potes,*	*poteſt.*		*poſſumus,*	*poteſtis,*	*poſſunt.*
	Volo,	*vis,*	*vult.*		*volumus,*	*vultis,*	*volunt.*
	Malo,	*mavis,*	*mavult.*		*malumus,*	*mavultis,*	*malunt.*
S.	*Nolo,*	*nonvis,*	*nonvult.*	Pl.	*nolumus,*	*nonvultis,*	*nolunt.*
	Fero,	*fers,*	*fert.*		*ferimus,*	*fertis,*	*ferunt.*
	Fio,	*fis,*	*fit.*		*fimus,*	*fitis,*	*fiunt.*
	Eo,	*is,*	*it.*		*imus,*	*itis,*	*eunt.*

Imper.

	Noli,	*nolito;*	*nolito.*		*nolite,*	*nolitote;*	*nolunto.*
S.	*Fer,*	*ferto;*	*ferto.*	Pl.	*ferte,*	*fertote;*	*ferunto.*
	Fi,	*fito;*	*fito.*		*fite,*	*fitote;*	*fiunto.*
	I,	*ito;*	*ito.*		*ite,*	*itote;*	*eunto.*

Præſ. Potential. *Poſſim, Poſſis,* &c.

Cœpi, odi, memini -erim, -iſſe; -eram, -iſſem; -ero. Memento, mementote. Quæſo, quæſumus. † Inquio. Inqu-am -is -it; -itis -iunt. † inquii, inquiſti. Inqui-es, -et. Inque, inquito, inquiat, inquiens.

Aio, -is, -it; -iunt. aie -bam, -bas, -bat, -bamus, -batis, -bant. aiſti; aiſtis. ai-as-at; -mus, -ant. aiens. Explicit. Infit; infiunt.

Salveo, ſalv-e. Av-e, -eto; -ete, -etote, -ere. ſalvebis. Forem, -es, -et; -emus, -etis, -ent.

Auſ-im, -is, -it; -int. Fax -o; † -unt. † Fax -im, -is, -it; -imus, -itis, -int.

† parùm uſitata.

Sumit Edo analogum es ſibi, & eſt, eſſem, eſſe, vel eſtur.

For, vel dor, niſi compoſitum, ambo ſpreta ſilentur.

Adde etiam hæc dic, duc, fac, fer, monoſyllaba trunca.

PARTI-

PARTICIPIUM HETEROCLITUM.

REDUNDANS.

PArt'cipium, priùs ut Perfectum, ſæpe redundat;
Explico ut explicitus conduplicat ex-que-plicatus.
Sic ſolet & ſevi ſatus, & ſerui dare ſertus.
Cello ab -ui celſus; ſed ab -i vult mittere -culſus.
Compoſitum à ſto -ſtaturus, pariterque -ſtiturus.
Conſtaturus, Mart.

Fit duplex etiam perfecto à ſimplice; tendo
Tentus, tenſus, habet; panſus, paſſus, ſibi pando:
Miſcui item miſtus, vel mixtus; alo, altus, -ituſque;
Potatus poto, & potus; lautus lavo, lotus.
A -tundo -tuſus; -tuſus, -tunſuſque retundo.
Pinſo triplex, piſtus, pinſuſque & pinſitus, effert;
A cieo civi format cĭtus, à cio cīus.

DEFICIENS.

Part'cipium de Perfectis fit pluribus unum,
De livi, pegi, punxi, vulſique profectum.

VARIANS

1°. PERFECTUM.

Plùs minùs hæc variant ſibi Deponentia formam.
Vult labor lapſus, patior paſſus, gradiorque

Vult

Vult greſſus, pariterque fatiſcor reddere feſſus:
Metior & menſus ſibi poſtulat, utor & uſus:
Vultque paciſcor pactus, nanciſcor dare nactus:
Obliviſcor & oblitus, ulciſcor & ultus.
Junge queror queſtus, proficiſcor junge profectus:
A loquor adde locutus, & à ſequor adde ſecutus;
A reor & ratus, expergiſcor & experrectus,
Experiorque expertus, miſereorque miſertus;
Et comminiſcor commentus: apiſcor et aptus
Vox vetus eſt, compôſtum adipiſcor adeptus in uſu eſt.
Nitor amat niſus, nixus; fruor & dare fretus;
Pro texo, orditus; proque incipio, ordior orſus;
Vult tueor tuitus, ſolum obtueor dare -tutus:
Dat fateor faſſus, compôſta per omnia -feſſus:
Mortuus & morior dare fertur, & anxius angor.

2°. Futurum.

Ex orior, morior, fugio, pario, -or vel -o -turus;
Arguo, noſco, luo, ruo dant, & naſcor, -iturus.

SYNTAXIS.

REgulat appoſitas Syntaxis congrua voces:
Pars eſt Concordantia; parſque Regentia vocum.
Dicta triplex. Cùm ſit tantùm Concordia duplex;
Et verbum Subſtantivo unit, & Adjectivum.
Sic Regimen pariter duplex; Casûſque, Modique eſt.

CONCORDANTIA.

[1] Verbum, perſonâ & Numero, cum nomine recto
Concordat: [2] Genere, & numero, caſuque cohæret
Cum Subſtantivo Adjectivum: utì mobile fixo:
[3] Nec vinc'lum concors vocum interruptio ſolvit.
[4] Prima ſolet Perſona, ſecundaque ſæpe ſileri: &
Tertia, ſi repetenda ſit, [5] Articuluſve ſequatur;
[6] Aut ſi vox facilè in verbi ſit cognita ſenſu,
Nempe homines vel homo; vel [7] verbum Subſtantivum.

[1] Mons parturit, naſcitur mus. Adag. [2] Mala mens, malus animus. Ter. [3] Nemo ſaltat ſobrius. Cic. Retulit Ajax eſſe Jovis pronepos. Ovid. [4] Si dixeris, æſtuo, ſudat. Juven. [5] Bene vixit, qui benelatuit. Adag i. e. ille. En dextra, quem aiunt portare penates. Virg. i. e. illius. [6] Ita prædicant. Ter. [7] Homo bulla. Adag. quot homines, tot ſententiæ. Ter.

[1] Perſonâ & genere Articulus numeroque Relatus
Cum Subſtantivo concordat, clauſula quod dat
Anteïens: [2] quo ſit caſu, at ſua clauſula monſtrat:
Vel Verbo eſt Rectus, regiturve à voce propinquâ.
Poſtpoſitum [3] ligat Articulus ſibi Subſtantivum.
Hic propius notat è binis, diſtantius Ille.

[1] Jovis ſtella, quæ dicitur Phaeton. Cic. [2] Nymphæ, cum quibus illa choros agitabat. Virg. [3] Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas. Eunuchum quem dediſti nobis, quantas turbas dedit? Ter. [4] Agricolæ contrarium eſt paſtoris propoſitum; ille fructum è terrâ ſperat, hic è pecore. Columel.

[1] Neutrum adjectivum, [2] ſermonis clauſula, vel vox
[3] Technica, [4] flecti & neſcia, vel modus [5] Infinitus,
Vim Subſtantivi ſimilem conſciſcit & uſum.
[6] Maſculeum vel Fœmineum ſine Subſtantivo
Sæpiùs occurrunt, ſupplente vocabula ſenſu.

[1] Omnia Cæſar erat. Lucan. quantum nummorum, tantum fidei. Juv.

[2] ——— Ingenuas didiciſſe fideliter artes
Emollit mores.———Ovid.

[3] Arma-Virum, nonne hoc ſpumoſum? Perſ. [4] Clarum mane feneſtras intrat. Euge excute totum. Perſ. [5] Scire tuum nihil eſt. Perſ. [6] Amicus alter idem. Adag. rari quippe boni. Juv. jam defeciſſet calda miniſtros. Mart.

[1] Subſtantiva rei ejuſdem; & [2] Vox quæ rogat, & quæ
Reſpondet; pariter caſu nectuntur in uno.
[3] Mutat reſponſi interdum altera regula caſum.
[4] Quæſtio per Cujum, Genitivo ſolvitur; [5] at ſi
Facta per obliquum Cujus, meus, & tuus, & quot
Talia, redduntur vocis, cui propria, caſu.

[6] Verbum aliquod quoties, [7] Adjectivumve locatur
Inter Subſtantiva, quibus numeruſve, genuſve
Diverſum eſt; rectè utrumvis concordat utrivis.
[8] In poſſeſſivis ſua primitiva latere
Sæpe ſolent, caſu quibus Adjectiva ligantur.

[1] Marcus Tullius Cicero Conſul. Cic. Facio te Deum. Ter. Quem Regem conſtituerat. Cæſ. Victorem appellat Aceſtem. Virg. [2] quid meritus es? crucem. annon dixi? dixiſti. Ter. [3] quanti ſtetit? multis minis. Plut. [4] cujum pecus? Ægonis. Virg. [5] cujus codex? meus, noſter, &c. [6] quid niſi vota ſuperſunt? Ovid. [7] animal plenum rationis, quem dixere hominem. Cic. paupertas onus viſum eſt. Ter. [8] noſtros vidiſti flentis ocellos. Ovid. laudabant meas fortunas, qui haberem. Ter. veſtrâ, qui dixiſtis, hoc maximè intereſt. Cic. meâ unius operâ, meum ſolius peccatum, voluntati veſtræ omnium pareo. Cic.

REGIMEN.

Nominativus post Verbum.

[1] Verba regunt Rectum Paſſivo prædita ſenſu.

[1] Ira eſt furor. Hor. [2] cur ego ſalutor Poeta? Hor. ego incedo Regina. Virg.

Accusativus.

Proprius Activis [1] Accuſativus adhæret.
Nonnullis quartum Perſona reduplicat, & res:
Qualia verba [2] rogo, [3] doceo, [4] induo, & [5] exuo, [6] celo.
[7] Ex duplici Activo adſciſcunt Paſſiva remotum.
[8] Hoc,

[8] Hoc, quod, id, unum & plura ſolent neutralia, verbis
Cum quovis ſocio, ſuperaddi hærentia, caſu.
[9] Cognato accipiunt quartum Neutralia ſenſu.
[10] Juro ſibi quartum, per quem juratur, adoptat.
Omnia caſu effert quarto ferè verba Vetuſtas;
Ut [11] potior, [12] veſcor, [13] fungor, ſic [14] utor, [15] adulor,
Et [16] parco & [17] noceo: Comœdi his plura miniſtrant.

[1] Veritas odium parit. Ter. [2] poſce Deos veniam. Virg. [3] cur te literas doceo? Cic. [4] induit ſe calceos, [5] quos priùs exuerat. Ter. [6] celo te hanc rem. Ter. [7] rogatur ſententiam. Cic. doceri motus Ionicos. Hor. [8] hoc unum vos oro. quod te obteſtor. id operam do. Ter. [9] Bacchanalia vivunt i. e. vitam Bacchantium. Juv. olet lucernam i. e. odorem lucernæ. Adag. [10] juro Deos. Mart. [11] potiri commoda. Ter. [12] veſci lauros. Prop. [13] fungi officium. [14] abuti operam. Ter. [15] adulari furem. Col. [16] parcere pecuniam; [17] nocere hominem. Plaut.

Genitivus post Substantivum.

[1] Nomina ſi duo concurrant in diſpare ſenſu,
Poſterius ſolet in caſu ſervire ſecundo.
Subſequitur [2] duplex Genitivus duplice ſenſu.
Nomen amat cui nexa [3] Relatio ſæpe Dativum.
Quin & ſum, ſi ſubnuitur [4] poſſeſſio, vel ſi
[5] Officium, ſibi vult caſum ſociare ſecundum.

[1] Heſperidum mala. Adag. [2] quæ ſit querela hominum frontis tuæ. Cic. [3] Urbi pater. Lucan. [4] me Pompeii eſſe ſcis. Cic. [5] Adoleſcentis eſt. Cic.

Post Adjectivum.

Gignendi inducunt caſum Adjectiva [1] timoris,
[2] Notitiæ, & [3] deſiderii, & queis [4] cura notatur,

[5] In-*que*

[5] In-*que*- nocentia, [6] parſi-*que*-monia, queiſve [7] poteſtas,
Queiſve [8] memoria: quæque his ſunt contraria dictis.
Adjectivum & in [9] -ax; [10] partitivéque recepta
Nomina, utì [11] numerale; [12] gradus duo com-*que* parandi.

[1] Timidus Deorum. Ovid. impavidus ſuî. Claud. [2] gnarus rei-publicæ. ignarus officii. [3] cupidus pacis. Hor. faſtidioſus literarum. Cic. [4] ſtudioſus eloquentiæ. Quint. negligens amicorum. Tac. [5] integer vitæ. Hor. avaritiæ reus. Cic. [6] æris ſui parcus, alieni prodigus. Sall. [7] ſuî potens, iræ impotens. Liv. [8] memor ſuî, meriti non immemor. Virg. [9] tempus edax rerum. Ovid. [10] quiſquis Deorum. Ovid. [11] ſapientum Octavus. Hor. [12] major juvenum. Hor. placidiſſime ſomne Deorum. Ovid.

Post Verbum.

* Junge rei monitæ Genitivo verba monendi.

[1] Adverſæ res admonent religionum. Liv.

Dativus.

Multa Dativum optant, quibus eſt aliquid vel [1] ademptum
[2] Collatumve; ſubeſt queis ſignificata [3] voluptas,
[4] Utilitas, [5] bonitas, [6] favor, [7] auxilium, [8] unio, queis [9] fi-
-ducia, [10] com-*que*-paratio, & [11] iracundia, [12] pugna,
[13] Imperium, [14] vicinia, & [15] æquiparatio, & [16] apti-
-tudo, & [17] declaratio: vel contraria ſenſu.
Quartum pauca; [18] rego, [19] juvo, [20] lædo, offendo, [21] guberno.

Verba Dativo hærent ſenſum referentia [22] dandi; ut
[23] Debeo, [24] ſolvo: vel [25] dicendi; [26] blandior, [27] opto.
[28] Plura notæ ſimiliș, ratio quæ monſtrat & uſus.

[1] Mihi & tibi & aliis dempſeris moleſtiam. Ter.
[2] mihi nec ſeritur nec metitur. Plaut. uxori nubere nolo.

nolo. Mart. [3] non diſplicuiſſe meretur, feſtinat, Cæ-ſar, qui placuiſſe tibi. Mart. [4] cibus utilis ægro. Neve mihi noceat, quod vobis ſemper, Achivi, pro-fuit ingenium. Ovid. [5] fis bonus tuis. Virg. in-genio fama maligna. Ovid. [6] æqua Venus Teu-cris, Pallas iniqua fuit. Ovid. [7] opitulari rei pub-licæ. Cic. damnoſus pecori. Ovid. [8] humano ca-piti cervicem jungere equinam. Hor. ne vita ora-tioni diſſentiat. Cic. [9] fidere nocti. Virg. pruden-tiæ diffidere. Cic. [10] parem verbis vitam. Cic. for-tuna impar animo. Ovid. [11] hominibus iraſci. Cic. peccanti mitis. Stat. [12] pugnare amori. Virg. num tali viro pacatus? Cic. [13] egomet mihi imperavi. Ter. cupiditatibus ſervire. Cic. [14] falſa veris finitima. Cic. miniſterio ſceleris me removi. Ovid. [15] æqualis dactylo ſpondæus. Cic. paulùm ſepultæ diſtat inertiæ celata virtus. Hor. [16] ô hominem mihi ſemper ap-tum! Cic. [17] aperi nobis Ænigma. Plaut. nolo vobis claudi commodum. Ter. [18] regere populos. [19] au-dentes fortuna juvat. Virg. [20] numina læſit. Ovid. offendunt Jovem. Mart. [21] gubernare orbem. Cic. [22] do tibi Naumachiam. Mart. tibi mitto ſalutem. Ovid. [23] vitam tibi debeo. Ovid. [24] funeri paterno juſta ſolvere. Cic. [25] dic mihi, Muſa, virum. Hor. [26] tibi blandior uni. Ovid. [27] vovere Deo. Liv. [28] id quod antea petenti denegaverat, ultro pollicebatur. Cic. fortunæ laqueum mandare. Juven. fructus non reſpondet labori. Ovid. literas tibi fero. Plaut. rus tibi vendo tuum. Mart. parcere ſubjectis. Virg.

Vocibus annectit [1] ratio Paſſiva Dativum;
Sic quæ proveniunt à verbis, in [2] -bilis & [3] -dus:
[4] Verbum ſum, ſenſu quoties effertur habendi,
Junge Dativo; &, ſi [5] laudi [6] probròve ligetur,
[7] Lucro vel [8] damno, gaudet geminare Dativum.
Sic [9] habeo, [10] duco, [11] do, [12] verto: Plura leguntur.
[13] Pronomen caſu inſeritur ſine lege Dativo.

[1] Honeſta bonis petuntur. Cic. [2] flebilis omnibus, nulli flebilior quàm tibi. Hor. [3] ſpectandæ vobis an exigendæ fabulæ. Ter. [4] eſt mihi domi pater. Cui nunc cognomen Iülo. Virg. [5] id ſibi an laudi putat fore? [6] ea res mihi infamiæ eſt. Ter. [7] ſapienti lucro eſt ſumptus. Plaut. [8] exitio eſt mare nautis. Hor. [9] me tibi habes deſpicatui. Plaut. [10] laudine an vitio duci factum oporteat. Ter. [11] veritus ne ſibi crimini daretur. Cic. [12] timuit ne ſibi quis vitio verteret. Hor. [13] ſuo ſibi hunc jugulo gladio. Ter.

Ablativi.

[1] Inſtrumentum optat ſibi ſextum, & [2] cauſa, [3] moduſque;

[4] Quali-*que*-tas, [5] pretiumque, [6] exceſſus, & indita [7] forma,

Circumſtantia item, [8] perſonam quæ notat, aut [9] rem.

[10] A nullâ ſubſtantivum ſi voce regatur,

Cum participio ſe ponit in Ablativo.

[11] Poſcit, dempto quàm, gradus is, qui comparat; & vox

[12] Naſcendi, ſextum vocis, quæ proxima, caſum.

[13] Uſus, [14] opus, [15] fungor, [16] fruor, [17] utor, [18] gaudeo, [19] lætor,

[20] Nitor, [21] glorior; hæc & [22] plura regentia ſextum.

[1] Digito compeſce labellum. Juv. [2] trepidare metu. Virg. [3] celeritate geſtum eſt. Cic. [4] homo ornatiſſimus loco, ordine, virtute, ingenio, nomine. Cic. [5] ſtetit multo ſanguine. centum talentis. Liv. [6] quanto doctior, tanto ſubmiſſior. Cic. [7] bonâ formâ. Ter. [8] major natu. Ter. [9] conſilia primâ ſpecie læta, tractatu dura, eventu triſtia. Liv. [10] ſæpe, premente Deo, fert Deus alter opem. Ovid. [11] tunica pallio propior. Ter. [12] patre certo naſci. Cic. [13] nunc viribus uſus.

[14] nunc

[14] nunc animis opus. Virg. [15] fungor munere. Cæſ. [16] fruor ingenio. Ter. [17] uti foro. Ter. [18] ſanguine gaudere. Ovid. [19] lætari ſec'lo Virg. [20] ſpe nitor. Cic. [21] gloriari nominibus veterum. Cic. [22] non me dignor honore. Virg. Viri apud majores noſtros ob virtutem honore dignati ſunt. Cic.

REGIMEN CASUUM VARIORUM.

Accusativi vel Genitivi.

[1] VErba obliviſcor, [2] memini, [3] ſimilique notatu
Cætera, quartum aliquando regunt, aliquando ſecundum.

[1] Oblitus ſum meî. Ter. obliviſcere Graios. Virg. [2] dulce eſt meminiſſe laborum. Virg. numeros me-mini. Virg. [3] recordor meriti; triumphos. Cic.

Dativi vel Genitivi.

His [1] ſimilis, [2] proprius, [3] communis, [4] diſſimiliſque,
Et [5] contrarius, adde Dativum, aliquando ſecundum.

[1] Non lac lacti ſimilius, quàm hic tuî, tuque hujus. Plaut. [2] tempus mihi proprium. libertas propria humani generis. Cic. [3] mare commune omnibus. Plaut. commune eſt omnium artium. Cic. [4] ſuo generi diſ-ſimilis. Sen. diſſimilis ſuî. Cic. [5] voluptas honeſtati contraria. vitia virtutum contraria. Cic.

Ablativi vel Genitivi.

[1] Laus vult & [2] vituperium ſe jungere ſexto :
Communi tamen ambo ſolent gaudere [3] ſecundo.

[1] Homo antiquâ virtute. Ter. [2] es nullâ fide. Cic. [3] Lentulum eximiâ ſpe; ſummæ virtutis adoleſcentem. Cic.

Hoc genus [1] accuſo, [2] abſolvo, [3] damnove, ſecundum
Admittunt culpæ aut pœnæ; [4] generalius & cùm
Sit nomen ſceleris, ſexto conceditur uti.
[5] Copia queis inerit, contrà vel [6] inopia, caſum
Sextum ſæpius illa præoptant, illa ſecundum :
Quin ambos in utriſque regendos ſuggerit uſus.
[7] Æſtimo, [8] vendo, [9] emo, [10] conſto, [11] habeo, [12] ſimiliſque farinæ
Plura, ſolent caſum ſibi conciliare ſecundum
Sæpius Adjectivi, ſextum Subſtantivi.
[13] Dignus & [14] indignus, [15] potiorque adſciſcere ſextum
Præcipuè cupiunt : non averſata ſecundum.

[1] Accuſare conjurationis; criminibus. Cic. infimulo avaritiæ. Ter. criminibus. Ovid. [2] abſolvere injuriarum. Cic. ſuſpicione. Liv. [3] condemnat ſceleris generum ſuum. condemnabo eodem te crimine. Cic. damnatus laboris. Hor. mortalitate. Senec. capite. Cic. [4] Milo ſcelere ſolutus eſt. Cic. [5] divitiis abundat. Ter. lactis abundo. Virg. plenus honoribus. Plin. plenus rimarum. Ter. [6] eget auxilio. Ovid. indigeo patris. Ter. curis vacuus. Cic. tempus vacuum laboris. Ter. [7] æſtimo magni. Cic. flocci. Plaut. unius aſſis. Catul. tribus denariis. Cic. [8] vendere pluris. Hor. auro. Virg. [9] emo pluris. Juv. denario. Cic. vili. Plaut. [10] conſtat minoris. Cic. auro. Plaut. [11] habere penſi. Tacit. odio. Plaut. [12] licet pluris. Hor. parvo pretio. Mart.

Mart. facio maximi; flocci. Ter. duco parvi, puto magni. Cic. parvi curo, æqui conſulo. Ter. [13] dig-num laude virum Muſa vetat mori. Hor. ſuſcipe cu-ram digniſſimam tuæ virtutis. Cic. [14] indignus genere. Ter. avorum. Virg. [15] potiri ſceptris. Virg. rerum. Cic.

Dativi vel Accusativi.

[1] Quartum pauca regunt, uſu meliore Dativum:
[2] Præque Dativo etiam quartum ſibi plura requirunt.
[3] Multa ſuos caſus variant, variantia ſenſum.
[4] Nonnunquam alterno ludit conſtructio caſu:
Sumit cum quarto perſonæ res tibi ſextum;
Cumque rei quarto recipit perſona Dativum.

[1] Indulgeo peccatis. Cic. me. Ter. Mederi vulneri-bus. Cic. res adverſas. Ter. medicari ſenibus. ictum. Virg. Suadet mihi. me. Cic. Deficiunt nobis tela. Cæſ. me ſolatia. Cic.

[2] Curare aliena. Ter. alienis. Plaut. Habitare ſylvas. vallibus. Virg. donec te juſſero. Plaut. jubet Hiſpanis. Claud. Deus maria moderatur. moderari animo. Cic. Plaudo victorem. Stat. mihi. Hor. Precari Deos. Cic. peſſimo. Plaut. Sequi gratiam. Cæſ. mœror voluptati ſequitur. Plaut. Temperare iras. Virg. linguæ. Plaut.

[3] Æmulari diligentiam. Ter. i. e. imitari. æmulari veteribus. Quint. i. e. invidere. auſcultare populum. Catul. i. e. audire. auſcultare ſeni. Ter. i. e. obedire. Conſulere oracula. Ovid. i. e. ſcitari. conſulere pudo-ri. Cic. i. e. conſilium adhibere. Manet omnes una nox. Hor. i. e. expectat. promiſſis manere. Virg. i. e. conſtare. Solvere nodum. Hor. i. e. diſſolvere. ſolvere juſta funeri. i. e. perſolvere. ſtudere literas. Cic. i. e. addiſcere. ſtudere Catilinæ. Cic. *vel* novis rebus. Cæſ. i. e. favere. Timeo minas. Ter. i. e. ne lædant. ti-meo vitæ. Ter. i. e. ne lædatur. Veretur patrem ut Deum. Cic. i. e. veneratur. mihi verebamini. Cic. i. e.

ne quid mihi ſit mali. ne hoſtes quidem ſepulturam invident. Tac. i. e. negant. honori alicujus invidere. Cic. i. e. malè velle. Convenire Pamphilum. Ter, i. e. adire. poſterius priori non convenit. Cic. i. e. non congruit. Præſtare officium. Cic. i. e. facere. homo homini quid præſtat? Ter. i. e. præcellit? proſpicere futura. i. e. prævidere. proſpicere patriæ. Cic. i. e. curam adhibere. Sufficit humorem tellus. Virg. i. e. ſuppeditat. animus ſufficit malis. i. e. par eſt. Vacare Philoſophiæ. Cic. i. e. dare operam. vacare culpâ. Cic. i. e. carere.

4 Parmenonem ſalute impertit Gnatho. Ter. imper--tit tibi ſalutem. Cic. Donat Gallos civitate. Cic. præ--dam militibus. Cæſ. Levo me Ægritudine. Cic. pau--pertatem matri. Plaut. Abjudicare ſe vitâ. Plaut. li--bertatem ſibi. Cic. intercludere inimicos commeati--bus. Cæſ. commeatum inimicis. Plaut. Induere ſe veſte. Ter. ſibi veſtem. Plaut. interdico tibi aquâ. Liv. fœminis uſum purpuræ. Liv.

REGIMEN

NOMINUM SPECIALIUM.

Temporis; & Partis; Spatiique; Urbiſque character
Diverſo exprimitur caſu; nec ſimplice ſenſu.

Conſtruitur ſexto, [1] pars temporis; & [2] mora, quarto. Quando id? ſexto: quam-*que*-diu? caſu aſſere quarto. [3] Alterutro in ſenſu legitur ſed caſus utervis.

[1] Nocte latent mendæ. Ovid. [2] ter centum totos reg--nabitur annos. Virg. [3] quem ego toto non vidi die. Ter. noctes atque dies patet atri janua Ditis. Virg. abhinc annis quindecim. Cic. abhinc annos quindecim. Ter.

Nomen

Nomen partis amat [1] ſextum, agnoſcitque [2] ſecundum.
Paſſivâ cum voce frequenter [3] quartus adhæret.
Si ſaltem eſt affectio vel ſi læſio partis.

[1] Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læ-ſus. Mart. [2] diſcrucior animi. Ter. [3] laniata comas, nuda pedem. Ovid.

[1] Quinetiam menſura rei, [2] ſpatiumve cohæret
In quarto, aut ſexto caſu, interdumque ſecundo.

[1] A rectâ conſcientiâ tranſverſum unguem non opor-tet diſcedere. Cic. aſſeres ſeptem pedibus elati. area lata pedum denûm. Columel. [2] abeſſe unius diei. Cic. viginti dierum itinere. Plin.

Urbis vox, ubi fixa Quies eſt, Propria, formæ
Si fuerit nomen [1] primæ, formæve [2] ſecundæ,
Pone ſecundo in caſu; ſin [3] plurale, dativo:
Nomen [4] tertiæ et in ſexto, pariterque dativo.
[5] Unde venit ſexto; [6] quo tendit motio, quarto.

[1] Quid Romæ faciam? Juv. [2] habitabat Rhodi. Ter. [3] regnavit Amyclis. Virg. [4] eſſe Babylone, Ti-buri. Cic. [5] Larino [6] Romam advolavi. Cic.

[1] Rus, [2] ruri, vel [3] rure, [4] domi; ceu Propria, caſu
Ponuntur ſimili; queis paſſim [5] plura miniſtrat
Præpoſiti Elleipſis, vel verbi motio rectrix.

[1] Rus ibo. Ter. [2] ruri eſſe. Cic. [3] rure far modi-cum. Perſ. venire rure. Ter. [4] ego domi ero. Ter. ite domum. Virg. [5] cedere loco. Hor. terræ pro-cumbere. Ovid. ſpeluncam deveniunt. Virg.

Nomen temporis aut loci amat coaleſcere ſenſu
Particulis ſimili, in caſu ſociale ſecundo:
Ut *tunc temporis, huc viciniæ, ubique locorum.*
Juſtin. Ter. Cic.

Pri-*que*-die, poſtri-*que*-die, numeruſque diurnus
Caſu præcedit ſexto ſtata tempora Romæ:
Nempe diem; et Nonas, Iduſque, omneſque Calendas
Caſu poſtpoſitas quarto, caſuve ſecundo.
Quarto ut * *Nonarum*, aut *quarto* fas dicere * *Nonas*.

* Cicero.

Pridie ejus diei. poſtridie ejus diei. pridie nonas. Cic. poſtridie Idus. Liv.

REGIMEN
MODI INFINITIVI.

Subſequitur poſt [1] Verbum aliud Modus Infinitus,
Vel [2] Paſſivum Adjectivum, [3] à verbiſve profectum,
Cum [4] Quarto præeunte: regit ſed quando Dativum
Anteïens verbum, haud ſimilem Modus [5] [*eſſe*] recuſat.
Vult Modus infinitus in [6] *ut* cauſalé reſolvi
Inque [7] *quòd* oſtenſivum, fit Modus & Finitus.

[1] Mentiri neſcio. Juv. [2] dignus amari. Virg. [3] audax perpeti. Hor. [4] jubeo te ſalvere. Ter. [5] nobis non licet eſſe tam diſertis. Mart. [6] cauſa me monet ut faciam. Ter. vel facere. [7] ſcio quod filius amet. Plaut. vel filium amare.

REGIMEN GERUNDII.

Poſt nomen rectè in [1] -di pone Gerundia; ſed poſt
Præpoſitum, in [2] -do vel [3] -dum. Quod ſi [4] cauſa, [5] moduſve

Voci

Voci in -do ſuberit, præpôſto non erit uſus.
[6] Significat quoties res exponenda neceſſum,
Per verbale in -dum, brevior Syntaxis initur.
[7] Caſum aliquando regunt præmiſſa Gerundia, ceu Ver-
-balia; cum caſu at meliùs poſtpôſta ligantur.

[1] Illecebra peccandi, impunitas. Cic. [2] ignavi à di-
-ſcendo citò deterrentur. Cic. [3] locus ad agendum
ampliſſimus. Cic. [4] defeſſus ambulando. Ter. [5] ali-
-tur vitium creſcitque tegendo. Virg. [6] utendum eſt
ætate. Ovid. [7] ingrediendum viam. Cic. cogno-
-ſcendi & ignoſcendi peccati dabitur locus. Ter.

REGIMEN IMPERSONALIUM.

Adſciſcunt Imperſonalia verba [1] Dativum:
Poſcunt hæc tamen, [2] inter-&-eſt [3] refertque ſecundum;
[4] Fœmineos Poſſeſſivo ex Pronomine ſextos
Rite meâ, noſtrâque, tuâ, veſtrâque, ſuâque,
Et cujâ, ſine ſubſtantivis; hoſce ſecundos
[5] Magni, parvi, & tanti, quanti jungere fas eſt.
[6] Pœnitet & [7] tædet, [8] piget, & [9] pudet, & [10] miſe-
reſcit,
Et [11] miſeret; perſonæ hæc amplectentia caſum
Quartum, una cum perſonæve reive ſecundo.
Viſa quidem caſum nonnulla regentia quartum;
Qualia [12] oportet, item [13] decet; in quibus Infiniti
Clara Modi ratio eſt; [14] ſine quo ſunt juncta Dativo.

[1] Non vacat Jovi. Ovid. quid refert viventi? Hor.
[2] reipublicæ intereſt. Cic. [3] refert compoſitionis,
quæ quibus anteponas. Quint. [4] & tuâ & meâ inter-
-eſt te valere. Cic. tuâ refert. Plaut. [5] magni inter-
-eſt, quos quiſque audiat. magni refert, quid hic ve-
-lit, magni meâ intereſt. Cic. [6] noſtri noſmet pœni-
-tet.

-tet. ſuæ quemque fortunæ pœnitet. Cic. [7] tædet vos Patriciorum, nos Plebeiorum magiſtratuum. Liv. tæ-det vitæ. Cic. [legitur, pertædet ignaviam. Suet.] [8] fratris me piget. [9] pudetque. Ter. turpitudinis tuæ nonnullos pigeret. Cic. quos infamiæ ſuæ non pudet. Cic. [10] te miſereſcit meî. Ter. [11] me miſe-ret tuî. Ter. homines miſerebat non magis pœnæ quàm ſceleris. Liv. [12] communicatum oportuit. Ter. homini ſervo ſuos domitos habere oportet oculos. Plaut. [13] oratorem iraſci minimè decet, ſimulare non dedecet. Cic. [14] decet nobis. Ter. victoribus dece-bat. Sall. decet principi. Liv. ita tibi juvat. Plaut.

REGIMEN DERIVATORUM.

[1] Derivata regunt quos Primitiva regebant
Caſus, qualicunque profecta ab origine vocum.
[2] Periphraſis regit et caſum, quem dictio ſimplex.

[1] Navis, tibi creditum debes Virgilium. Hor. non ego credulus illis. Virg. Graiis ſervitum matribus ibo. pacem à rege petendum. Virg. omni ſpe reditionis domum ſublatâ. Cæſ. [2] tuarum virtutum tibi veniat in mentem. Cic. i. e. memento.

REGIMEN PARTICULARUM.

ADVERBIUM.

Quantum, ut [1] abunde, [2] parum, genitivum adſciſcit; [3] eoque.

[1] Abunde fraudis. Virg. [2] parum ſplendoris. Hor. [3] eò inſolentiæ proceſſit. Plin.

[1] Heus,

[1] Heus, [2] ohe, [3] O vocat in quinto; [4] O ſed in ordine recto
Aut quarto exclamat; quibus [5] ecce vel [6] en demonſtrat;
Quartum duntaxat poſcunt [7] apage & [8] cedò: quartum
Vel quintum hæc [9] ah, [10] vah, [11] hem, [12] proh; [13] hei,
[14] væque Dativum.
[15] Heu rectum regit & quartum pariterque Dativum.

[1] Heus Syre. Ter. [2] ohe libelle! Hor. [3] ô bone Jupi-ter! Perſ. [4] ô vir fortis atque amicus! Ter. ô præclarum cuſtodem ovium, lupum! Cic. [5] ecce autem Antonius! Cic. ecce alterum! Ter. [6] en Priamus. en quatuor aras. Virg. [7] apage te. [8] cedo quemvis arbitrum. Ter. [9] ah me miſerum! Ter. ah virgo infelix! Virg. [10] vah conſilium callidum! vah mea Antiphila! Ter. [11] hem mea lux! hem aſtutias! Ter. [12] proh Sancte Jupiter! proh Deûm atque hominum fidem! Cic. [13] hei mihi! [14] væ mihi! Ter. [15] heu pietas! Virg. heu miſero mihi! Plaut. heu ſtirpem inviſam! Virg.

PRÆPOSITIO.

Juncta regit Præpoſitio, quem ſola regebat;
Crebrò vox, cui juncta, ſuum; proprium utraque caſum.
Italiâ regem avertere. Virg.

[1] Præpoſita hæc in compoſitis appone Dativo.
Ad, præ, poſt, contra, ſuper, ante, ſub, inter, in, ob, con.

[1] Manus operi admovere. Ovid. ultima primis præ-ponere. Hor. Poſthabui ſeria ludo. Virg. amicitiam rebus omnibus antepono. Cic. mihi res, non me rebus ſubmittere conor. Hor. ſuum conſilium meo interponit. Cic. faſtigium operi imponere. Cic. nubem objecit oculis. Ovid. ſulcis committere ſemina. Virg.

PRO-

PROSODIA.

TEMPUS.

Yllabici eſt in voce ſoni duratio Tempus :
Linea curva brevis (˘) ; longi nota, recta recumbens (-).
Unica longa breves exæquat Syllaba binas.

QUANTITAS VOCALIUM.

Vocalis ferè corripitur ; niſi triplice causâ,
Naturâ niſi longa, Situve, aut longa ſit Uſu.
Naturâ diphthongus, item dupla ſyllaba in unâ ;
Longa Situ, ſequitur quam conſona bina duplexve ;
Longa Uſu, veteres quam produxere Poetæ.

PES ET CARMEN.

Pes, Versûs menſura, dupla eſt vel ſyllaba tripla :
Longa duplex eſt pes Spondæus ; longa ſed una
Ante breves geminas, pes Dactylus : Hi duo carmen
Si ſeni, longum ; ſi quini ſunt, breve pangunt :

A ſex

A ſex id metris titulum, hoc à quinque capeſſit;
Illud enim Hexametrum eſt, hoc Pentametrumque vo-
-catur.
Hæc duo legitimâ menſurâ ut ſcandere poſſis,
Tertia cuique pedi ponatur ſyllaba finis,
Longa ex poſtremis niſi nota ſit una duabus.
Syllaba ne ſuperet, vocis cujuſque ſupremam
Vocalem elides, h, vocalive ſequente;
M cum vocali pariter præeunte peribit.
Heu, intercipitur nunquam monoſyllabon, aut O.

HEXAMETRUM ET PENTAMETRUM.

Hexametri quater initiō pes ſervit utervis;
Dactylus in quinto, Spondæus in ordine ſexto.
Ultima nil refert qualis ſit ſyllaba verſûs.

Pentametri ſunt membra duo; primoque locatur
Pes utriuſve duplex menſuræ, & ſyllaba longa;
Dactylus inde duplex, & ſyllaba longa breviſve.

Senſum Pentametro finit diſtinctile punctum.
Hexametrum vox, cui dupla vel tripla ſyllaba, claudit;
Cui dupla, Pentametrum; vati lex danda puſillo.
Spondaïcum Hexametrum eſt, cui quintus pes Spondæus.

MONOSYLLABA.

Longa, uſu Vatum, vox eſt Monoſyllaba quævis.
Excipe vir, quis, is, es; bis, cis, ter; nec, per, in, an, vel;
Et que, ne, ve Encliticas, voci quæ ſemper adhærent;
Et quam vocalem b, d, t, conſona claudit; *ab, ad, ut.*
Quamvis naturâ producta ſit antè plicata;
Ut flo, flas, flat; item fleo, fles, flet; item ſcio, ſcis, ſcit.

SYLLABÆ.

SYLLABÆ.

Ultimæ Longæ.

Hæ ſeptem, -en niſi neutra, -as, -es, -os, -i, ſimul -u, -c;
-Us pariter, quæ creſcit in -udis, & -uris, & -utis.
-A ſextus caſus; ſextus vel tertius, -is, -o;
-A non flexilis; aut -è, ſi vel ab -us, vel ab -er fit.

EXCEPTIONES.

-As ſed -adis brevis eſt; -es, -itis. Seges adde, tegeſque;
Interpreſque, tereſque, vegeſque, & præpes, hebeſque.
Tres, putà, ita, & quia, particulas quoque corripit uſus:
Queis benè vel malè, queis etiam niſi, vel quaſi, jungas.

Ultimæ Communes.

Omnis in -o caſus rectus Communis habetur;
Sic ubìcunque per -o flectis, Communia Verba.
Cor, fel, mel; mihi, vel tibi, vel ſibi; vox & in -inta,
Sic ubi, ibi, ac utì; ſic in -par compôſta vel in -pos.
quadraginta, impar, compos.

Ante-ultimæ Longæ.

-Onis ab -o; ſic -oris ab -or; ſic -alis & -aris,
Ex -al & -ar; ſic -arum, -orum; ſic -abus, et -obus.

EXCEPTIONES.

Proprium in -al, vel in -ar, vel in -or breve creſcere gaudet:
Hannibal, Hannibălis; Cæſar, Cæsăris; Hector, Hectŏris.
Sic jubar, atque memor, ſic arbor, marmor & æquor.

Vocales inter binas, v conſona ſæpe
Extendit primam; facit hoc j conſona ſemper.

CATALOGUS Brevium Irregularium.

V inter duas Vocales.

Avis, avus, avena, brevis, cavus, favus, gravis, juve-
-nis, levis, novus, novem, noverca, ſeverus, ovis, bovis,
Jovis: Aveo, caveo, faveo, foveo, juvo, lavo, levo,
moveo, ovo, paveo, voveo.

ANTE-ULTIMÆ LONGÆ.

Quævis vocalis ſita fines ante ſequentes;
Da-ma, cloa-ca, loque-la, ſtate-ra, auri-ga, culi-na,
Vi-ta, rube-do, pena-tes, vi-tis, aga-ſo, lupa-nar,
Do-num, querce-tum, fi-lum, manti-le, cana-lis,
La-bes, compa-ges, ſe-des, ſarta-go, legu-men,
Fi-nis, re-mus, ahe-nus, ava-rus, na-ſus, avi-tus,
Stella-ris, cochlea-re, ſena-tor: Junge viri-tim.

EXCEPTIONES.

Deme ſuperlativa in [1] -imus polyſyllaba; Signa
Ordinis & [2] Numeralia: Vox in -inus, nota ſi ſit
[3] Materiæ: Aut ex adverbio, nota [4] Temporis: Aut ex
Verbo, in -itus quam gignit [5] -uique, [6] -didique, [7] -ſtitique,
Et [8] -ſevi; citus à cieo, litus adde, ratuſque,
Et ſatus, & ſtatus: Et rutus à ruo; [9] verbo -ilis orta.
In -la, [10] minutivum: dat plura, cupitque Tabella.

[1] Optimus, [2] decimus, [3] faginus, [4] craſtinus, [5] geni-
-tus, [6] traditus, [7] præſtitus, [8] conſitus, [9] flebilis, [10] to-
gula.

CATA-

CATALOGUS
BREVIUM IRREGULARIUM.

-ma.	Coma, cucuma.
-ca.	Fabrica, fulica, manica, mantica, pedica, per--tica, plica, tunica, vomica.
-la.	Copula, crapula, fabula, fibula, gula, macula, mola, regula, ſcapula, ſimila, tabula, tegula, tragúla, ulula.
-ra.	Camera, cumera, hara, hedera, litera, mora, ope--ra, patera, purpura, ſera, veſpera, vipera.
-ga.	Caliga.
-na.	Buccina, fœmina, fiſcina, fuſcina, gena, machina, pagina, patina, ſarcina, trutina, apinæ, minæ.
-ta.	Amita, cucurbita, navita, nota, orbita, rota, ſemita.
-do.	Cado, edo.
-tis.	Cutis, ratis, ſitis, ſatis.
-num.	Laganum, nundinum.
-tum.	Fretum, lutum.
-lum.	Nihilum, poculum, ſalum, ſolum, ſtabulum, ſtragulum, ſeculum, ſpeculum, ſpiculum.
-lis.	Facilis, fertilis, gracilis, humilis, parilis, ſimi--lis, ſterilis, ſtrigilis.
-bes.	Hebes.
-go.	Ego, ligo; Ago, lego -is, ligo, nego, rego, rigo, rogo, tego.
-men.	Columen, regimen, ſpecimen, tegimen, tamen.
-nis.	Canis, cinis, juvenis.
-mus.	Animus, calamus, domus, fimus, humus, ne--mus, ſumus.
-nus.	Acinus, anus, aſinus, bonus, circinus, cophinus, dominus, facinus, fraxinus, galbanus, geminus, genus, hebenus, manus, onus, pampinus, pe--nus, platanus, ſinus, ſonus, terminus, thronus.
-rus.	Barbarus, creperus, ferus, herus, humerus, nume--rus, nurus, ſtreperus, torus, uterus, zephyrus.
-ſus.	Carbaſus, Pegaſus.
-tus.	Agnitus, arbutus, catus, cognitus, halitus, im--petus, latus, metus, Notus, vetus.
-ris.	Hilaris.
-re.	Mare.

Prima biſyllabici perfecti ſyllaba longa eſt.
Deme bibique, dedique, fidique, ſcidique, ſtetique,
Atque tuli: è longum faciunt -ebam, -ere, vel -erunt.
Verbi fio, niſi -er ſequitur, ſi ſyllaba longa eſt.
Verbi do, a brevis eſt contracta; ſed excipe da, das.

Ante-ultimæ Communes.

Communis Genitivi in *-ius* penultima habetur:
Deme utriuſque, atque alterius, contractum & alîus.
Muta liquenſque brevem communem reddere gaudent.
Syllaba compoſita aut derivativa tuetur
Vocis, quâ manat, tempus; nec flexio mutat,
Conſona de binis niſi ubi una amota recedat.
-Ex gignens -icis, i breve reddit; ut obicis obex.
Corripe fax, nex, grex, remex; nix, cum pice, fornix,
Styxque, calixque, larixque, ſalixque, varixque, filixque.
Appendix, hiſtrix, coxendix; cum duce, conjux,
Crux, nux, trux; cum Cappadoce, atque Allobroge, præcox.

Irregulares Derivativæ.

1°. Breves a Longis.

Arena, ariſta, lucerna, dicax, maledicus, & id genus multa à dico; fides, ſopor, innuba, pronuba, odium, vadum, vitium, noto, nato, dejero, pejero; item pro-cella, profanus, profeſtus, profugus, profundus, pro-nepos, profari, profiteor, proficiſcor, profecto, poſui à pono; ſic genitivus in -etis ex -es, item pedis à pes, ſalis à ſal, &c.

2°. Longæ a Brevibus.

Feralis, fomes, fomentum, humanus, humor, imbecillus, jucundus, jumentum, junior, litera, mobilis, quatuor, re-gula, ſedes, tegula, calcaris à calcar, ſtaturus à ſtatus, &c.

Catalogus brevis hic tibi, Tyro, erit auctior uſu.

Extensio Particularium.

A.

Acer
alea
ales
amaracus
amentum
area
ater.
Balena
baliſta
baro
baſium
brachium.
Caduceus
caligo
calo
carex
carica
caſeus
cicada
contagium
crapula
crates.
Fabula
facundus
fagus
flagitium
fragum
frater.
Ganeo
glarea
gratia.
Halec.
Janua.
Lamina
lanugo
laterna.
Malus, *ſubſt.*
mane
manes
materia
maturus
matuta
matutinus
meracus.
Omaſum
opacus.
Pagina
pagus
papilio
proſapia.
Qualus.
Radix
ramex
rapum.
Saperda
ſcapus
ſpadix
ſapalor.
Tabi
talio
talus
trames
tragula.
Vagina.
Areo
ariolor.
Balo
blatero.
Clamo
contamino.
Flagito.
Halo.
Indago.
Labor
lamentor.
Mano
macero.
Paco
palor
pareo
placo
præſagio.
Rado.
Sagio
ſqualeo
ſuadeo.
Vado
vagio
vapulo.

E.

Abſtemius.
Cepe
ceritus
ceruſſa
clemens
creber
cupediæ.
Debilis
demum
denique
deterior
dicterium.
Eruca.
Felix
feralis
feria.
Gleba.
Leno
lethum.
Nequam.
Pene
penula
penuria
pero.
Regula
reſina
rete
rheda.
Sebum
ſeculum
ſecius
ſedulus
ſemi-præ-
-poſitivum
ſemita
ſepes
ſepia
ſeria
ſerius
ſentinum
ſpelunca
ſtrenuus.
Teda
temetum

temo

temo
teter
theſaurus.
Veles
velox
veredus
veſica
vindemia
volemum.
Cedo
celo
credo.
Debeo
demo.
Lego-ās.
Metor
metior.
Repo.
Sedo
ſepio.
Velo
veneo
venor.

I.

Amicus
antiquus.
Clitellæ
craticula
convicium
crocodilus.
Fibula
ficus
fidus
filius
faſtidium
faſtigium.
Ibidem
idus
ilex
ilia.

Lacinia
liber, *adj.*
liberi
libum
licium
lilium
linea
litera.
Mendicus
multicia.
Nidor
nidus
novitius
nitella.
Obliquus
obſtipus
omino.
Pediculus
picus
pileum
pituita
poſticum
pudicus.
Sibilus
ſidus
ſimia
ſtipes
ſpiculum.
Tibia
triduum.
Ubique
vectigal
veſtigium
vibex
vibernum
vicies
vicus
vicinus
viginti
vinea
vipera

umbilicus.
Dico, -is
dito
deſidero.
Feſtino
fido
figo
Ico
inclino.
Libo.
liquor.
Nideo
nitor.
Opinor.
Propino.
Sagino
ſcribo
ſido
ſtipo.
Trucido.
Vulpinor
vito.

O.

Adorea
alioqui.
Boletus.
Codex
comis
copa
copia
copula
coram.
Dolium
donec.
Fomes.
Gobio
gloria.
Locuſta
loligo
lodix

lorica
lorum.
Moles
morio.
Nodus.
Obex
olim
opilio
otium.
Poculum
podex
pomum
pone
populus,
arbor.
procerus
proles
proſa.
Quandoque.
Robur.
Scopa
ſcrofa
ſolennis
ſolers
ſolus
ſorex.
Trophus.
Vomer.
Colo, as
como
conor.
Deſolo
dono.
Ignoro.
Molior.
Oro.
Ploro
pono
poto
promo.
Rodo.

Solor
ſopio.

U.

Aculeus
Bubo
bufo.
Culeus
cunæ
curia.
Fuligo.
Gluten.
Judex.
jugera
jugis.
Nugæ
nuper.
Pugio
pupillus
pugillares
puſio.
Stupa
ſuber.
Tuber.
Uber
uligo.
Adulor.
Cudo.
Duco.
Glubo.
glutio.
Ligurio
ludo
lugeo.
Nubo
nuto.
Punio
prurio
puteo.
Scaturio
ſudo
ſugo
ſumo.
Utor.

Y.

Hybernus.
Tyro.

Neutra ut ĭdem brevis eſt vox; maſcula dicitur īdem.
Ante duas mutas vocali ſyllaba clauſa,
Vatibus ut libitum eſt, pariter communis habetur.
Producta ex brevibus tribus una, licentia vatum eſt,
Libertas nimia, & cauto fugienda poëtæ.

FIGURÆ.

FIGURÆ.

V OCUM Schema novum & ſpeciale Idioma
Figura eſt;
Communi variegatum ſermonis ab uſu.

FIGURÆ GRAMMATICÆ.

Grammaticæ triplex tantùm eſt genus omne Figuræ;
Deficit Elleipſis; contrà Pleonaſmus abundat,
Literulis vel vocibus; has & Enallage mutat.

ELLEIPSIS. PLEONASMUS.

Demit [1] Aphæreſis initio, quod [2] Protheſis addit.
[3] Syncope de medio tollit, quod [4] Epentheſis infert.
Detrahit [5] Apocope fini, quod dat [6] Paragoge.
Copulam [7] Aſyndeton aufert, quam [8] Polyſyndeton auget.
Sæpius & [9] defectus, & [10] excreſcentia dicti eſt:
[9] *Quos ego.*——Et [10] *hiſce oculis egomet* [tria hypermetra] *vidi.* Virg.

[1] 'ſt pro eſt. Plaut. [2] tetuli pro tuli. Ter. [3] dixti pro dixiſti. Ter. [4] Induperator pro Imperator. Juven. [5] Viden', pro videſne? Ter. [6] claudier pro claudi. Ter. [7] Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes. Juven. [8] Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytanimque. Ovid. [9] Paucis te volo. Ter.

Nominis in Genitivo Elleipſis crebra relati eſt:
Hectoris Andromache, uxor; ſic, *ad Caſtoris*, ædem.

Præpoſiti Elleipſis, novus ut Syntaxeos Ordo,
Conturbat canones, bilem & Tyronibus excit:
Ecce nefas viſu! Quid me fit? Cætera prudens.

ENALLAGE.

Vocem ad conceptam adjectivum [1] Syntheſis aptat
Aut verbum: ut *tardi ſubeunt Tegeæa juventus.*

Singula Subſtantiva ligat ſi copula, Verbum
Ad plurale refert [2] Syllepſis, & Adjectivum,
Cum genere & perſonâ, quæ ſit dignior uſu:
Dignior eſt perſona, genuſve, quod ordine primum eſt.
Sexu ſi careant, neutrum genus aptius uſu eſt.

Sed numerum atque genus cum proximiore remotum,
[3] Zeugma, quod eſt difformius, ad conforme reducit.

Literulam [4] Antitheſis mutare, [5] Metatheſis optat
Transferre, & [6] Tmeſis vocem in duo ſcindere membra.
Alternos in ſe ſubmutat [7] Hypallage caſus.
Transformat [8] Metaplaſmus, abutitur [9] Antiptoſis.
Præponit poſtponendam [10] Hyſterologia vocem.
Priſcâ [11] Archaïſmus, Græcâ utitur [12] Helleniſmus
Syntaxi; malè turbatur per [13] Synchyſin ordo.
Dein vocemque, modumque & Tempus Enallage mutat.
[14] Paſſivum Activo innuitur ſine voce reflexâ:
[15] Nec quod præcedit, conſervat copula Tempus;
[16] Sæpe modus vice finiti venit Infinitus.

[1] Aperite aliquis oſtium. Ter. i. e. tu vel ille. [2] Non bene conveniunt majeſtas & amor. Ovid. Pater & Mater

Mater mortui. Ter. Si tu & Tullia valetis ego & Cicero valemus. Cic. [3] Utinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit. Ter. [4] Volt pro vult. Ter. [5] Evandre pro Evander. Virg. [6] Cum quibus erat cun-que unà. Ter. i. e. quibuſcunque. [7] In nova mutatas corpora formas. Ovid. i. e. mutata corpora in no-vas formas. [8] Cum ſervili ſchemâ. Plaut. pro ſche-mate. [9] Ipſum ut vivat, optant. Ter. [10] Moriamur & in media arma ruamus. Virg. [11] Vivimus ævum vitalem. Plaut. [12] Abſtineto irarum. [13] Vina, bo-nus quæ deinde cadis onerârat Aceſtes Littore Tri-nacrio, dederatque abeuntibus heros, Dividit. [14] Pro-ra avertit. i. e. avertitur. Virg. [15] Animus memi-niſſe horret luctuque refugit. Virg. [16] Omneſ meas -fortunas laudare. Ter.

POETICA.

Porro Poeſis habet proprio de jure figuras.
Tempus [1] Syſtole corripit, & [2] Diaſtole tendit.
Menſuras æqui variat pedis [3] Antipodia.

Vocalem [4] Synalœpha ſolet truncare, ſequatur
Si ſocia, aut h. [5] Vult Ecthlipſis demere m, ſi
Non correpta manet: pariter s, [6] ſuſtulit olim.
[7] Producit Cæſura brevem; ſi Syllaba vocis,
Quæ præit, extrema eſt, pedis initiumque ſequentis.

[1] Stetĕrunt comæ. Virg. [2] Exercet Dīana choros. Virg. [3] Fluviorum rex Eridanus. Intexunt abiete coſtas. [4] Ille ego. Virg. [5] Monſtr-um horrendum. Virg. Cocto num adeſt honor idem. Hor. [6] lu-ſtratu' nitore. Cic. [7] Pectoribus inhians. Virg.

RHE-

RHETORICA.

Rhetoricæ leviter perſtringere membra Figuræ
Expedit; ut facilis ſcitu ſit Claſſicus Author.
Vocis forma Tropus nova ſermoniſque Figura eſt.
A proprio in ſenſum improprium converſio vocis
Eſt Tropus; inde capit nomen: ſed in omnia membra
Sermonis ſpecies nova fuſa nitore Figura eſt.

TROPUS QUADRUPLEX.

Apponit ſimili pro voce [1] Metaphora vocem.
Affini variat Metonymia nomine nomen;
Pro [2] causâ effectum; [3] pro ſubjecto quod adhæret,
Vel contrà; [4] Tempus pro re geſtâ; [5] Locus & pro
Contentâ; & pro ſignatâ venit utile [6] ſignum;
[7] Abſtractum vice concreti; & [8] pretium vice mercis.

Pro ſpecie [9] genus; & pro parte Synecdoche [10] totum; &
[11] Pluralem ob numerum primum; contráque reponit.
Ironia tegit ſenſum ſub voce jocantem,
Ut [12] Charientiſmus; ſenſum & [13] Sarcaſmus amarum.

[1] Ridet ager. Ætas aurea. Ovid. [2] Pœnas dedit illud opus; i. e. Ovidius autor operis. Bacchus in auro ponitur. i. e. Vinum quod à Baccho primùm inveniebatur. [3] Ternos, Amarylli, colores Necte, i. e. tria licia trium colorum. Virg. Hircus habet cor, i. e. ſapientiam in corde. [4] Secula miteſcent. Virg. i. e. homines in ſeculo. Expectate cicadas, i. e. æſtatem, in quâ cantant cicadæ. [5] Effudiſtis in me carcerem. Cic. i. e. incarceratos. Vina coronare. Virg. i. e.

i. e. phialam. [6] Cedant arma togæ, i. e. bellum pa-ci. Cic. Crepat ingens Sejanus, i. e. Statua Sejani. Juven. [7] Ubi illic ſcelus eſt? i. e. ſceleſtus. Ter. [8] Hîc ſunt tres minæ. i. e. ancilla empta tribus minis. [9] Pernicioſum animal, vel hominem perdidimus, i. e. Catilinam. Cic. Mala multa precatus. Hor. i. e. omnia. [10] Fontem ferebant, i. e. aquam è fonte. Virg. O lepidum caput! i. e. lepide homo. Ter. [11] Obtulimus quia nos ad prima pericula. Ovid. i. e. obtuli me. Otia miles agit. Ovid. i. e. milites agunt. [12] Salve, bone vir, curâſti probè. Ter. [13] Heſ-periam metire jacens. Virg.

CONSECTARIA.

Quadrupla ſæpe Tropo comes eſt Affectio cuivis.

Plus minus auſa ſupra fidem [1] Hyperbole cudere voces.
Depravat vocem [2] Catachreſis. Claudere multos
Unâ in voce Tropos [3] Metalepſis; nectere in uno
Multos ritè Tropos vult [4] Allegoria dicto.

[1] Ocyor Euro. Odi cane pejus. Hor. [2] Vir gregis, i. e. aries. Virg. [3] Poſt aliquot ariſtas. Virg. Ariſ-tæ hîc pro meſſibus, meſſes pro annis capiuntur. Invadunt urbem ſomno ſepultam. Virg. Urbem, i. e. Trojam per Synecdochen; Trojam, i. e. Tro-janos per Metonimiam. [4] O navis, referent in mare te novi fluctus, &c. Hor. *Od.* 14. *lib.* 1.

FIGURA DUPLEX

Aut repetit Verba; aut dictum confirmat Elencho.

1°. REPETITIONIS.

Principium & finis dicto [1] Epanalepſis in uno eſt.
Ingeminat ſibi vocem [2] Epizeuxis. [3] Anaphora vocem
Principio bis ponit; [4] Epiſtrophe fine bis addit.
[5] Symploce & incipit & finit; ſed clauſula bina eſt.
Finit & incipit [6] Anadiploſis; & hæc dupla; prorſum,
[7] Climax dicitur; inverſim, [8] Epanadoſque vocatur.

[1] Æquè pauperibus prodeſt, locupletibus æquè. Hor.
[2] O Corydon, Corydon. Virg.
[3] Paſcere crudelis, noſtro, Latona, cruore;
Paſcere, ait. Ovid.
[4] Quis legem tulit? Rullus. Quis populum ſuffra-
-giis privavit? Rullus. Quis tribus, quas voluit, vo-
-cavit? Rullus. &c. Cic.
[5] Quàm benè, Caune, tuo poteram nurus eſſe Parenti!
Quàm benè, Caune, meo poteras gener eſſe Parenti!
Ovid.
[6] Hic tamen vivit, vivit? Imo in Senatum venit. Cic.
[7] Si illis, quod libet, licet; & quod licet, poſſunt; &
quod poſſunt, audent; & quod audent, faciunt; &
quod faciunt, nobis non moleſtum eſt. Cic.
[8] Demophoon, ventis & verba & vela dediſti;
Vela queror reditu, verba carere fide. Ovid.

2°. CON-

2°. CONFIRMATIONIS.

Schemata vim verbis addunt: vocat [1] Ecphonema;
[2] Puſma rogat; ſimili illuſtratque [3] Parabola ſenſum.
Rem poſitam ante oculos digito notat [4] Hypotopoſis;
Quâque [5] Proſopopœïa Perſonam efficit ex Re.
[6] Apoſiopeſis ſilet; hæret [7] Diaporeſis:
[8] Epimone ingeminans auget; [9] Paralipſis omittit.
Arguit anticipans [10] Prolepſis; [11] Epitrope cedit.
Sciè [12] Oxymoron ſecum pugnantia dicit.

[1] O terra, O maria Neptuni! Ter. [2] Quouſque tandem, Catilina, abutêre patientiâ noſtrâ? Cic.

[3] Ego apis Matinæ
More modoque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum; circa nemus uvidique
Tiburis ripas, operoſa parvus
Carmina fingo. Hor.

[4] Sic ſedit, ſic culta fuit, ſic ſtamina nevit;
Injectæ collo ſic jacuere comæ. Ovid.

[5] Tecum, Catilina, Patria ſic agit, & quodammodo tacita loquitur; nullum jam tot annos facinus extitit, niſi per Te, &c. Cic.

[6] Quem quidem ego——ſi ſenſero. Ter. [7] Equidem quo me vertam, neſcio. Negem fuiſſe illam infamiam judicii corrupti? negem, &c. Non eſt noſtri ingenii; veſtri auxilii eſt, judices, hujus innocentiæ ſubvenire. Cic.

[8] Facinus eſt vincire Civem Romanum; ſcelus verberare; parricidium necare; quid dicam in crucem tollere? Cic. [9] Non queror diminutionem vectigalium; flagitium hujus damni; prætermitto illa, præter-

-termitto omnem orationem, &c- Cic. [10] An hoc dicent mihi? invitus fecit, lex coegit; audio, fateor; Verùm ſcientem, tacitum, cauſam tradere adverſa-riis, etiammne id lex coegit? Ter. [11] Habes, Tube-ro, quod eſt Accuſatori maximè optandum, confiten-tem reum; ſed tamen hoc ita confitentem, ſe in eâ parte fuiſſe, quâ te, Tubero; quâ virum laude dig-num, Patrem tuum. Itaque priùs de veſtro delicto confiteamini neceſſe eſt, quàm Ligarii ullam culpam reprehendatis. Cic. [12] Tu, pol, ſi ſapis, quod ſcis, neſcis. Ter. Vis dicam, malè cur ſit tibi, Tucca? bene eſt. Mart.————Non bene olet, qui bene ſemper olet. Mart.

F I N I S.